Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8225
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



b arietis per 2as d. et mercurius fortunam obtinet per d. et infortu-
nium per b. et illa constellatio est de bona fortuna per d. et de
infortunio per b. quia mars est amicus arietis

De Arie et mercurio

Cum mercurius intrat in domo arietis tunc est fortuna de b.
et infortunium per martem qui est amicus arietis et est malus
et si mercurius natus non haberet de a. nec de b. c. d. non
posset esse sibi infortunium neque argentum vivum neque dies
mercurii sua possent esse

De Arie. mer. et luna

Cum mercurius et luna intrant domum arietis tunc in illa con-
stellatione est contrarietas de b. d. et mercurius est sibi illius contrarie-
tatis et luna convertitur in malam constellationem per martem et b. vi-
dit d. quod habet infortunium et passionem quia luna mala est cum
malis et quia mercurius est convertibilis

De Ariete et luna

Cum luna intrat in domo arietis tunc est contrarietas de b. d.
et luna devicta est de bona fortuna quia mars qui mala
dat fortunam iuvat b. arietis et ideo femine qui in tali con-
stellatione nascuntur per naturam bene fortunate non debent esse in
castitate Diximus de iiiis quas aries habet cum quolibet pla-
neta et invicem cum omnibus et per hoc quod diximus doctrinam
dedimus per quam astronomus iudicium facere potest de fortuna
aut de infortunio illorum qui nascuntur in constellatione arietis

De Tauro et saturno

Taurus est de complexione de C. et saturnus similiter et ideo concordantur

48